



Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In
sex partes tributæ

Qvæ Meditationes Complectitvr circa omnia Christi Domini Acta, ab eius
Baptismo ad finem vsque Prædictionis, Doctrinam, Miracula, Parabolas

Puente, Luis de la

Coloniae, 1612

17. De Miraculo, quo Christus quinq[ue] millia hominu[m] pavit in deserto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54633)

MEDITATIO XVII.
 DE MIRACULO A CHRISTO DOMINO, dum quinque hominum millia quinque panibus pauit, parato.

a *Matt. 14.*

15.

b *Marc. 6.35*

a *Luc. 9.12.*



OST S. Ioannis decollationem a IESVS secessit in locum desertum seorsum: & cum audissent Turba, secuta sunt eum pedestres, b & miserum est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem, & cepit illos docere multa: a Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, dimitte turbas, ut euntes in castella, emanant sibi escas. IESVS autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare.

I.

CONSIDERANDA hinc primùm est ingens Turbæ illius, quæ Christum sequebatur pietas ac deuotio, ob duas præcipuè causas. Prima c quia videbant signa quæ faciebat, super his qui infirmabantur: Secunda, propterea quòd admirandâ doctrinâ eorum animas pascebat: iuxta illud Osee: d In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis, beneficiis videlicet corporalibus & spiritualibus. quibus funiculis ita eos Christus constringebat; ut etiã si tardè iam esset, & ipsi nõ comedissent, nec haberent quod

c *Ioan. 6.2.*

d *Osee 11.4.*

quod comederent, nolent tamen ab eo separari: cibiq; prorsus obliti, iucundâ illius præsentiâ cōtinebantur. O IESV suauissime, trahe me ad te funiculis huiusmodi, ræque ita arctè tibi cōstringe, vt omnium creaturarum oblitus te solum creatorem meum quæram.

DEINDE perpendenda est misericordia Apostolorum & Christi erga Turbam: vtramq; inter se conferendo. Nam Apostolorū fuit exigua, vtpotè hominū debiliū: dum enim Turbæ defatigationē famemq; cernerent; se verò ad eam subleuādā impotentes, miseratione tacti, magistro suggererunt, vt eam dimitteret; quò sibi ipsa in locis proximis prouideret: cū enim ipsi ad nutū magistri sui essent promptissimi, noluerunt propria, sed eius auctoritate illam dimittere: sed ipse Christus exiguam illorū misericordiā cernens, & maiorem aliam, quæ Dei erat, concipiens, voluit re ipsa Turbæ necessitati succurrere: & ideo hortabatur discipulos, vt ipsi ei prouiderent; *Date illis vos manducare:* atque si exiguam illis misericordiam exprobrans, dilatare viscera pietatis iuberet; & ne tantam Turbam adeoque indigentem aliò mitterent, vt remedium quærent; sed vos, inquit, quærite & subuenite: siquidem potestatem vobis iam dedi, etiam miracula patrādi; aut saltem à me, vt id faciā, efflagitate; quem scitis ea facere posse. Ex quo discimus Misericordiam, Prælatorū præcipuè, non angustā, sed amplam & vt loquitur David *e Misericordiam Dei esse debere, adhibitis om-*

II.

e 2. Reg. 9.

3.7.

nibus, quos possumus, modis, ad succurrendum indigentia proximo: quod si facultas nobis desit, ad eum merito recurrendum est, qui eam habet; & sollicitandus, ut provideat.

III.

f Marc. 8. 2.
f Matth. 15.
32.

UT altius adhuc misericordiam hanc Christi agnoscamus, reuocandum in memoriam est, quod in simili occasione idem dixit. *f Misereor super Turbam, quia ecce iam triduo sustent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via; quidam enim ex eis de longe venerunt: In quibus verbis insinuat nobis, quam sit ipse proprium miserias nostras intimè & in particulari cognoscere; & titulos siue causas, quæ illum ad occurrendum permouent, inuenire, periculum denique præuidere, cui, nisi occurrat ipse, expositi sumus: quos omnes causas, sibi ipsi assumit, quasi propter eas incumbat sibi nobis provide, atque si multum sua interesset, id facere. O benignissime Deus, quid multum faciam, si triduo te sustenteam, qui omnes dies tuos in bene faciendis nobis expendis. Plus tu prestas cum vis mecum manere; quam ego quod velim tecum perseuerare. & quid mirum, si de longe ego ad te querendum veniam; qui de cælis ipsis, ut me quæres, descendisti? Procul à te, Deus, discessi malâ meâ vitâ; sed accessi tamen ad te per poenitentiam. Ne, queso, me ieiunum dimittas à tuo conspectu, ne in aspera & periculosa huius vitæ via deficiam. Sustenta me continuis gratiæ tuæ subsidiis, ut robustus ad*

feli-

felicem meæ peregrinationis finem perueniam. Amen.

PERPENDAM quartò, Christum Dominum, tum, vt sollicitudinem suam, de subueniendo illi turbæ, manifestaret, Philippum interrogasse: *gVnde ememus panes vt manducent hi: g Ioan. 6. quod etiam dixit, vt ait Euangelista, tentans 1.6. eum: ipse enim sciebat quid esset factururus: tum vt appareret causa & necessitas, quæ miraculum postulabat: nolens prodigio & supernaturali medio vti, ad nos sustentandos, vbi naturalia media suppetunt, & sufficiunt. Respondit autem Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat: Idemque cæteri discipuli fatebantur, agnoscentes exiguas suas vires. Sed ex eadem discipulorum sententiã ego, Magister dulcissime, immensam tuã potentiam intelligo: nam vbi tu es, nõ est opus pecuniã: cum solo verbo possis non solum panis bolum vniciuque largiri, sed abundantissimos panes omnibus hominibus subministrare. Ex nunc statuo, spem meam non ponere in pecunia, etiam si h ei obediãt omnia; h Eccl. 10. 19. sed in te liberalissimo rerum omnium largitore; qui aperiens manum tuam implet omne animal benedictione. i Psal. 144. 16.*

IV.

PUNCTVM II.

PETENTI Christo à discipulis panes, quos habebãt, obtulerunt ei 5. panes hordeaceos,

P 4

Et duos

& duos pisces, quos pro sua sustentatione secum acceperant.

L

TRIA in hoc sunt consideranda, mysterio plena. Primum, Christi Domini nostri eiusque discipulorum magna paupertas, quamque parvam curam gererent de corporis sui commoditatibus & indulgentia, qui in loco illo deserto, pro tredecim personis, & aliis, qui ut plurimum accedebant, non habebant, nisi quinque panes, eosque hordeaceos & valde insipidos, ac pauperum omnino hominum proprios: & cum piscatores illi essent, non nisi duos pisces pro omnibus habebant. Quo exemplo erubescens me ipsum, ut qui sollicitè quarum & superflua, & ea quæ delectant in cibis: me ipsum conabor excitare ad ea tantum accipienda, quæ & pauca & communia sint etiam si alioqui insipida. O dulcis IESU, qui ingratum populum cœlesti pane in deserto satiasti, te verò tibi que charissimos discipulos hordeaceo pane sustentas, impertire mihi gratiam, qua illud mihi eligam, quod tu tibi elegisti: & corpus meum ea tractem asperitate, qua tuum te tractasse video. Amen.

II.

DEINDE Charitas & obedientia Apostolorum est perpendenda, qui absque replica vlla aut mora, statim Christo petenti panes obtulerunt, nec se illis, pro seipsis, indigere dixerunt: potius gratum sibi esse insinuarunt, vel ex ipso ore sibi auferre, quod eorum, qui aderant & indigebant, necessitati subueniretur. Ex quo discam obedientiam cum charitate in pauperum

perum bonum coniungere, meas commoditates ex cōmiseratione, in eorū vtilitatē libenter contemnendo: certus, me illas nō amissurum, sed in meliores commutaturum, vt hic Apostolis euenisse cerno.

Ex quo etiam intelligam, etsi Christo Domino alia quoque media miraculosa præsenti necessitati occurrendi non defutura fuissent, voluisse tamen hoc medio panum, quos Apostoli pro se habebant, vti, & illos ab eis petere, vt eorum charitatem & commiserationem probaret, num solida esset; & eadem operâ, tanti miraculi participes illos faceret: simulque doceret me, si non possum totam omninò pauperis miseriam expedire, tamen saltem partem aliquam subleuare: vt Deus liberalitate sua suppleat, quod mihi defuerit, vt hac ratione consilium illud Tobiz impleam: *a Quomodo potueris, ita esto misericors. si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.* Idem porrò euenit in spiritualibus necessitatibus tum proprijs tum proximorum. Vult enim Christus Dominus, vt ex parte mea offeram ego, quod possum; etiamsi parū illud sit: ipse verò omnipotentia & misericordiâ suâ supplebit defectus meos.

PUNCTVM III.

PERPENDINGVM etiâ & illud est, quod huius conuiuij initio Christus præmisit. *Primum enim a præcepit Apostolis, vt accumbere facerent omnes secundum conta-*

III.

a Tob. 4. 8.

I.

a Mar 6, 39

P 5

bernia,

bernia super viride scenum: & discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos: tum vt hac ratione conuiuarū numerus constaret: qui fuit b quinq; millia virorum exceptis mulieribus & paruulis, qui totidē ferē fuerunt; tū vt ordo seruaretur & decorum inter comedendum & in panum distributione; & omnes possent miraculi magnitudinem aduertere.

b Mat. 14.
21.

II.

c Mat. 14.
19.
d Iacob.

ACCEPTO itaq; in manibus suis pane Christus *c aspexit in cælum*, vt doceret *d omne datū optimum, & donum perfectū desursum esse, & descendere à Patre luminū*, etiam ipsam, quam ipse vt homo habebat, miracula faciendi potestatem.

III.

e Ioh. 6. 11.

TERTIÒ *e gratias de more egit*, tum ob cibum, quē coram se habebat; tū ppter eū quem miraculosē turbæ largiri statuerat: Docens nos, Deo gratos esse pro quouis dono, etiā paruo; & q panē nobis det, etiā si hordeaceū: siquidē vel eo nomine, q ipse illū det, meritō debet magni fieri: & eò magis, quod ei det, cui nec ipse aliquid debet, nec talē sit ille promeritus.

IV.

f Mat. 14.
19

Mod⁹ christi-
anè co-
medendi.

POSTEA panē ipsum vocali aliqua oratione *benedixit*, qua virtutem illi impressit, vt tum multiplicaretur, tū perficeretur. Christi. n. benedictio non est nobis similis, vt perat solū aut optet: sed efficax est ad perficiendū, quod dicit. *Dicta benedictione f panem frangens dedit discipulis, discipuli autem turbis.*

Hoc toto suo factō docet Christus rationē christianè ac religiosè comedendi, quatuor prædictis circūstantiis adhibitis, *prima* vt or-

do ad.

do adfit dispositioq; quoad conuenientem cuique sedendi locū, electo, quod in nobis est, infimo potius & *gnouissimo loco*. *Secunda* ut mentis oculi in cælū leuentur, attendentes, quod nos Deus aspiciat, ut eo quasi signo gula contineatur & lingua, seruatē tēperantiā & modestiā debitis: id. n. voluit Dauid cū dixit: *Iusti epulentur & exultent in cōspectu Dei*. sicut etiā *Moyse & oēs seniores Israel, post holocausta & hostias Deo oblatas, à Petro, venerūt & comederent panē cum eo corā Deo*. *Tertia*, ut animi gratitudo adfit, gratiāq; agantur Deo pro gratiosa eleemosyna quæ à liberali eius manu euenit: à qua diuites & pauperes panē, quo vescuntur, accipiunt. & hoc affectu comprimuntur querelæ, quas caro sensualis eructat, cū vel modicus vel minus ad palatū conditus proponitur cibus, aut tardè ad vescendū adfertur: qui enim nihil boni promeritus est, quiduis & quocunq; modo sibi offeratur, accipit cū gratiarū actione. *Quarta* est, ut benedictio præcedat, & oratio deuota: quæ etiam ipsius cibi sumptioni est coniūgenda: quò dū corpus reficitur, animæ quoq; aliqua refectio præbeat. Ex quo fiet, ut licet modicus sit ac insipidus cibus, sufficiens tñ sapidusq; videatur: solet. n. spiritus sapor insipiditatē, q̄ caro horret dalcē reddere. Hac ratione Apost. ait: *omnem creaturam Dei bonā esse, & nihil reijciendū, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificari enim verbum Dei & orationem.*

IN eodem facto proponitur nobis ratio,

sanctif.

g *Luce. 14. 10.*

h *Psal. 67. 4.*

i. *Ti. 4. 4.*

sanctissimam Eucharistiam sumendi, quæ hoc ipso conuiuio præsignatur: *de qua tamen Meditatione 14. partis 4. dicitur: quia eadem seruauit Christus Dominus in eius institutione in nocte nouissima cæna.*

PUNCTVM IV.

CONSIDERANDA præterea est excellentis huius miraculi præstantia: miraculo enim panis multiplicabatur in manibus Christi, & Apostolorum, & ipsorum qui eo uescebantur. Nam etsi parum acciperent, & ex eo comederent, non tamen consumebatur, sed multiplicabatur, donec omnes saturarentur: quia panis erat sapidissimus, sicut panis Dei, & ab eius manu donatum.

L

PRIMUM itaque omnipotentiam Christi perpendam, qui panes quoque in tot millia & inspidos aliàs in sapidissimos, ad eò facile conuertere potuit: & similiter pisces: hauriamque ex hac consideratione magnum animum ad seruiendum ad eò potenti Domino. **O** Rex cœli, quis non sibi honori ducet, quòd tibi seruire possit! qui possis etiam in deserto omnipotentia, non est quod locus desertus timeatur: illà enim **b** educis riuos de petra durissima, efficisque ut populus tuus **c** sugere possit mel de petra, oleumque de saxo durissimo. **d** Pluis illis manna ad manducandum, panem cœli das eis. Panem Angelorum manducat homo, & cibaria mittis ei in abundantia: Transfers Au-

a Ps. 77. 20.

b Deut. 8. 15

c G. c. 32. 13

d Psal. 77.

24. G. c.

strum

strum de cælo, & inducens in virtute tua Africum; plus carnes, & sicut arenam maris volatilia, & coturnices, quibus saturentur: & in manibus esurientis, panes piscesque multiplicas, e vt scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderunt, conseruat.

c Sap. 16. 26

II.

HINC ad paternam, magni huius Dei providentiam contemplandam conscendam, quã in eos, qui illi inseruiunt, nutriendos liberalissimè & prodigiosis his medijs quando humana defuit ostendit: modò fiducia nostra, quam de se nos habere vult, non desit, illi innixa promissioni, quam nobis fecit, cùm dixit: f

f Mat. 6. 32.

Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur; hac enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis: quærite ergò primum Regnum Dei & iustitiam eius; & hæc omnia adyicientur vobis, sicut huius Turbæ docet exemplum, quæ ipsum Christum studio eius doctrinam audiendi, quærens (ita enim S. Lucas, quod g loquebatur illis de regno Dei)

g Luc. 9. 10.

cibum ab ipso etiam corporis liberalem accepit sibi & vxoribus ac filiis suis, vt hic locum habeat, quod Regius Propheta dixit: h

Non vidi iustum derelictum, nec semē eius quærens panem. O Pater amantissime, gratias tibi ago pro paterna hac tua in eos, qui tibi seruiunt, & in te spem suam collocant, providentiã: concede mihi hanc gratiam, vt mihi

h Ps. 36. 25.

sicut

sicut vero filio curæ sit obsequi tibi, sicut ex-
 perior, tibi optimo Patri, curæ esse, omnia mi-
 hi largiri, quæ sunt mihi necessaria.

III.

MODVS etiã eiusdem prouidentie confide-
 randus est, qui in hoc apparet miraculo: Nam
 et si, qui comedebant, plurimi essent, variarũ
 ætatum & complexionum iuuenes, senes, ro-
 busti, debiles, foeminae, pueri; eiusdemq; pa-
 nis ea tantum, quã Apostoli volebant, mensu-
 ra daretur, ita illa sufficiebat omnibus, vt om-
 nes satiã contentos redderet: vt idem hic
 locum habere videatur quod est scriptum de

i Exo. 16. 18

Manna: *i Nec qui plus collegerat, habuit am-
 plius; nec qui minus parauerat, reperit minus: sed
 singuli iuxta id quod edere poterant congrega-*

i 2. Cor. 8. 15

*uerunt: & quod adiecit Apost. | Qui multũ ha-
 buit, non abundauit: & qui modicum, non mi-
 norauit: quamuis hoc fuit hic singulare quod
 postquam saturati sunt oēs, multum superfue-
 rit: quò Dantis magnificentia magis eluceret
 in quo etiã prouidentie diuinæ suauitas cer-
 nitur, quæ dans vnicuiq; iustorum quod vult
 his plus, illis minus; omnibus satisfacit, oēs
 satiat, ita contentum vnum iustum modico
 reddens, sicut alterum multo.*

IV.

VERVM multò amplius hic emicat Sacra-
 tissimi Eucharistie Sacramenti magnitudo;
 quod cum sit vnus idemque cœlestis panis, et-
 iam si manibus sacerdotis in hominum mil-
 lia distribuatur, nunquam tamen minuitur:
 & quamuis vnica hostia in plurimas partes
 diuidatur, tantundem quælibet continet

par-

particula, quantum tota simul hostia continebat, quia & in tota & in quavis eius parte totus est Christus: quare tantum sumit, qui minimam, sicut qui maximam partem accipit: itaque mentem illa atque hæc saturare potest. Omnes denique satiat, omnibus abundè satisfacit, oblata cuique portione gratiæ, quam necessitas eius dispositioque requirit. O DEVS omnipotens, quàm sunt miranda opera tua! quàm tua providentia diues! quàm larga! quàm suavis! quàm iucunda! Laudent Angeli te omnes propter illam; eademque cum gratiarum actione, homines omnes fruuntur; & anima mea oēsque facultates eius tui amore liquefcent; omnesque in obsequij tui rebus occupentur, qui in mihi indulgendo, tam amanter occuparis.

PUNCTVM V.

DENIQUE considerandum, quid post hoc miraculum euenerit. Nam primū iussit Christus Apostolis: *a Colligite qua superauerunt fragmenta ne pereant: collegerunt ergò & impleuerunt 12. cophinos fragmentorū qua superfuerunt his, qui manducauerant:* ostendens eo factò liberalitatem suam in rependenda promptitudine Apostolorum, quæ hordeaceos panes obtulerant; pro quibus duodecim optimi panis cophinos plenos reddidit; ut quoniam ipsi duodecim erant, singuli singulos cophinos, pro frustulo crassioris illius panis, quem fuissent aliàs

I.

a Ioan. 6.12

habi-

habituri reciperent: sicuti Viduæ illi, quæ
 b 3. Reg. 17. pugillum farina, quem habebat, liberaliter ob-
 24. tulit Helix, ita farinam multiplicauit, vt hy-
 dria farina non defecerit, nec lecythus olei fue-
 rit per multos dies imminutus.

II. Ex eodem autem cognoscere licet, quam co-
 piosis Deus præmijs afficiat eos, qui eleemo-
 synas libenter elargiuntur, & aliquid ipsius ob-
 sequij intuitu præstant, dum multiplicatum
 adeo eis reddit quod dederunt. Deo enim ali-
 quid offerre, non est illud proijcere; sed, Sa-
 c Pro. 19. 17. piente teste, *cfeneratur Domino, qui misere-*
tur pauperis: & vicissitudinem suam reddet ei:
 utpote qui centum pro vno reddere consue-
 uerit.

III. LICET etiam conijcere, quid sit Deus in
 futura vita redditurus, qui tanta reddit in præ-
 d Luc. 6. 38. senti! *d Mensuram, inquit, bonam, & confer-*
tam, & coagitatam & supereffluentem dabunt
in sinam vestrum, pro ijs, quæ diuini amoris in-
 tuitu præstantur. O Deus immense, quid tibi
 reddemus pro his, quæ nobis confers. O pro
 mensuram omni ex parte bonam offerre, san-
 ctis operibus plenam, strictis pœnitentijs cõ-
 fertam, feruentibus affectibus supereffluentem,
 quæ ultra ea, quæ iubes, etiam quæ tantum
 consulis supereffluenter complectatur. & quoniam
 gratiã tuã hæc mihi desideria contulisti; ad ea
 explenda vires etiam ad-
 iunge.

IV. D E M V M lætitiã Turbæ admirationem-
 que perpendam, quam ex insigni illo mira-
 culo

culo hausit: quæ tanta re ipsa fuit, vt statuerent in cordibus suis eum rapere & facere *e Ioan. 6.15.*
 Regem: felices se existimantes, aded potenti liberalique Regi inferuire. Sed cognitis IESVS eorum cogitationibus, fugit in montem ipse solus, quò hominum illorum conatus auerteret, dignitatesque & honores temporarias declinaret: exemplo hoc me docens, temporalia hominum præmia aut dignitates bonis meis actionibus non quærere; sed quod in me sit, eas & earum occasiones studiosè effugere. O Rex æterne, qui regnum temporale aded es auersatus, quia *f Regnum tuum f Ioan.*
de hoc mundo non erat: concede & mihi, vt æternis excellentijs contentus, temporales omnind calcem:

MEDITATIO XVIII.

DE SEDATA A CHRISTO
Domino maris tempestate.

OST miraculum de quinque panibus, alterum successit famosum, quo ingens maris tempestat fuit sedata, sed quia simile aliud præcei sit, de eo præsens instituitur meditatio, eò quòd multum sit ad sequentem còductura.

PUNCTVM I.

POST concionem prolixam plurimæ multitudini à Christo habitam: a *cum sero esset a Mar. 4.35.*

III. part. Medit.

Q

factum,